

- ³¹ «**E**cce dies véniunt, dicit Dóminus,
et fériam dómui Israel et dómui Iudæ pactum novum;
³² non secúndum pactum,
quod pépigi cum pátribus eórum
in die qua apprehéndi manum eórum,
ut edúcerem eos de terra Ægýpti,
pactum, quod írritum fecérunt,
et ego dominátus sum eórum, dicit Dóminus.
³³ Sed hoc erit pactum,
quod fériam cum domo Israel post dies illos,
dicit Dóminus:
Dabo legem meam in viscéribus eórum
et in corde eórum scribam eam;
et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in pópulum.
³⁴ Et non docébit ultra vir próximum suum,
et vir fratrem suum dicens: “Cognósce Dóminus”;
omnes enim cognóscent me,
a mínimo eórum usque ad máximum, ait Dóminus,
quia propitiábor iniquitáti eórum
et peccáti eórum non memorábor ámplius».

Verbum Dómini.